



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Cur mirati discipuli?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

QVÆSTIO II.

Cur se Messiam tam aperte profitetur?

§.1. **M**ulier de Messia inaudierat. Scio, inquit, quia Messias ipse iam aduenit, cum autem nos adierit, ille litem finiet, omnia enim annuntiabit. Hæc quia candidè pronuntiat, seq; & iudicium Messie committit: Christus se eum esse contestatur.

VERSUS 27.

Et continuo venerunt discipuli eius, & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid queris aut loqueris cum ea.

QVÆSTIO I.

Cur mirati discipuli?

§.1. **K**ΑΙ ἰθαυμάσθη, alia ἰθαυμάσθη. Insuetum erat Christo cum muliere solâ loqui, hæc insuper erat Samaritana, vt Apostolis omnibus exemplo esset, suspicionum fugiendarum. Cyrillus, Chryostomus, aliiq; eius etiam modestiam miratos putant. Veruntamen sæpenumero contigisse non dubito, vt pauperibus euangelizaret, hoc enim prædictum fuit.

Cyprianus, seu quisquis est auctor de singularitate Clericorum in priore sententia est. Et vt de Apostolis, ait, breuiter probem quantum illa fluxa familiaritas potuit districte, qui compulsi sunt & de ipso Domino loquente cum feminâ dicitur, nisi eos maiestatis notitia probata compesceret, sicut Euangelista ref. vt dicens: Inter hæc, inquit, uenerunt discipuli eius, & mirabantur, quod cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit illi: quid queris, aut quid loqueris cum ea.

Causam colloqui Apostoli ignorabāt.

Non videntur admirati, quod cum Samaritanâ loqueretur. Ipsi enim in Urbem profecti erant, vt cibos emerent, actui sine dubio cum Samaritanis. Quapropter aliam causam esse non dubito, nempe quod præter morem cum muliere solus loqueretur: Non quasi malè suspicarentur: Nunquam enim illi tale quippiam vel calumniosissimi Pharisei obiecerunt, sed quod magnam esse causam existimarent, cum insolito more cum feminâ sermonem haberet.

VERSUS 31. & seq.

Interea rogabant eum discipuli dicentes: Rabbi manduca. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Nunquid attulit ei aliquis manducare: Dicit eis Iesus: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, & perficiam opus eius.

QVÆSTIO I.

Quis cibus Christi?

§.1. **I**am fessio, sitiens, esurienti cibos attulerant, nec tamen manducabat, hortantibus illis alium sibi cibum esse respondit. Mirantibus an fortè quispiam cibum attulisset, indicat parabola se vsum. Patris enim voluntati, obsequi, & salutè hominum procijs

imitati, qui docendo, signa faciendo, sanando, benè faciendo ita sui præsentiam exhibebat, vt tamen parabolis & similitudinibus tota Euangelia stipentur.

§.7. Calvinus hoc fulmine cadere omnes bonas intentiones fingit. Non enim ignorandum est, quid adoremus.

Respond. Non modo prudentiam, sed communem sensum in hominis illo furoris morbo requirunt. Samaritani adorabant, quod nesciebant, erroribus obnoxii, ergo concidunt omnes bonæ intentiones Catholicorum. Bonas intentiones ille vocat, quibus bona opera non iussi à Deo faciunt. Mandatum enim expressum requirit hæretici. Nos cum ad eò multa videmus facta non præcedente Dei mandato eaq; Deo approbata non credimus aliquod opus bonum, bonâ intentione factum, ideo malum esse; quia Samaritanis hæreticis de Deo pessimè sentientibus Christus exprobrat, adorare quod nesciant.

VERSUS 24.

Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

QVÆSTIO I.

An Deus Spiritus?

§.1. **R**atio, vt Deus in spiritu adorari velit; quia Spiritus est, non quod omnè corporis actionem, cultum, obsequium respuat, sed quod animi & virtutis requirat, nec facta vlla, nisi à Spiritu profecta sibi grata habeat. Natura enim corporis expertis intellexit, amans, non nisi intelligendo amandoq; colitur, quod si aliud quippiam eius honori impenditur, eatenus acceptatur, quatenus prudentiæ, fidei, caritatis, & religionis, hoc est, animi sancti opus est. Verissimum dictum est. Ἀρετῆ ἢ καὶ δαεῦ ἢ θεῦ ἔστιν ἰλασθεῖον, Virtus mentis pura, numinis est propitiatrix.

§.2. Cum dicitur, Spiritus esse Deus, vox Deus, subiecti, Spiritus, prædicati loco ponitur. Quamuis aliter S. Athanas. de communi essentia Patris & Filii & Spiritus interpretetur. In Græco res clara est. πνεῦμα ἰσθῆς, articulus enim apponitur subiecto. Quamuis ille hunc sensum existimat, vt spiritum diceret hic significari Spiritum S.

Alios autem vetustos Patres hunc locum contra Arianos vsurpasse in confesso est. Nam Ambros. 3. de Spiritu S. id facit, & testatur Arianos eum erassisse. Basil. vide de Spiritu S. vbi duas expositiones profferit.

Cyri. Alexandr. de festis Paschal. hom. 20. ἡμεῖς αὐτῶ φημι ἔσ ὁ πτερ αὐ εἰς αἰληθῖνοι προσκύνησαι, & ἔσ ἐν πνεύματι τε καὶ ἀληθείᾳ λατρεῖς ἐργάται γνώστοι, πνεῦμα ἡμῶν δόξα εἰς ὅσον μαλυσμοι, φυχῆς ἢ λέγω καὶ σώματος, πνεῦμα εἰς ὅσον καὶ ὁρθῆν, καὶ μάλα προθύμως τὰ δι' ὧν αὐ εἰν αἰτίας ἀπάσης ἀπηλλαγμένοι αἰτίας ἢ εἶναι προσκύνει τῷ σώματι, & τῷ πνεύματι. Oportere autē arbitror, qui quidem veri adoratores sint, germanamq; & veram in spiritu & veritate adorationem exerceant, omnem penitus à se impuriatem corporis nimirum atq; animi amouere, verum & eniti, ac strenuè quidem, vt ea præsent, per que ab omni se circumnoxag liberentur. Sanctos nempe illos, & corpore & spiritu esse decet.

§.3. Christus hoc itaq; de essentia Dei præcipuè vrgit, contra Saducæos qui id eò Spiritum sanctum negabant, quia inficiabantur omnem spiritum, Patrem & Filium corporeos comminiscabantur: quales etiam Deos suos cæca gentilitas finxit. Hos secuti sunt Audiani, Anthropomorphyæ. Tertul. Monachi in Ægypto.